

1622. Cupiente vero Francorum Rege eas in sua Curia componi;

Nuncio Apostolico apud eundem Regem necessarias ad id tribuit facultates

Dat. die 19. Decem. 1622. An. II.

lites, & differentie hujusmodi, dum dictus Ludovicus Rex in Civitate Avenionen. predicta commotatus est, omnino terminari non poterint; Idem vero Ludovicus Rex lites, & differentias predictas per viam transactionis, sive concordie in Curia sua terminari desideret. Idcirco de tua fide, prudentia, doctrina, integritate, ac in rebus agendis experientia plurimum in Domino confisi, tibi cum Commissariis, seu aliis a d. Ludovico Rege deputatis, lites, & differentias hujusmodi cum suis incidentibus, dependentibus, emergentibus, & connexis terminandi, novos terminos, ubi opus erit, ponendi, seu poni faciendi, & in eventum, in quem lites, & differentie, ut praefertur, terminari non possint, in arbitros, qui eas, prout juris fuerit, & cum conditionibus tibi benevisis, terminent, compromittendi, aliaque omnia, & singula in praemissis, & circa ea necessaria, & opportuna, etiam si talia sint, quae mandatum requirent magis speciale, faciendi, gerendi, & exequendi apostolica auctoritate tenore praesentium facultatem, concedimus, & impertimur. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Datum Roma apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris die 19. Decembris 1622. Pontificatus nostri Anno II.

LXXX.

Ex Regest. in Secret. Brevis.

Secularizatio Monasteriorum Sancti Gildasii, & Burgidolen., ac Prioratus de Gramont Ordinis Sancti Benedicti Bituricens. Dioecesis, & erectio Collegiate Ecclesiae, & Collegii Societatis Jesu in eodem Oppido cum applicatione bonorum Monasteriorum, & Prioratus praedictorum Ecclesiae Collegiate, & Collegio hujusmodi, ac reservatione Juris patronatus Henrico de Bourbon Principi Condac., & ejus successoribus.

GREGORIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Dilecto filio nostro, & Sedis apostolicae Nuncio in Regno Franciae commoranti, salutem, & apostolicam benedictionem.

Procuramus

In supremo apostolicae Sedis folio, & potestatis plenitudine a Domino constituti, ad ecclesiarum quarumlibet praesertim Collegiarum ecclesiarum, ut in eis ad divini cultus exaltationem, ac Populi consolationem laudes Altissimi continuo persolvantur, erectionem, necnon ad Collegiorum Societatis Jesu, ex quibus grati Domino, & Christianae Reipublicae utiles, prout quotidie provenire noscuntur, institutionem propensis studiis intendimus, ac in his pastoralis officii nostri partes, & per opportunam Monasteriorum, & Prioratum, ac officiorum suppressionem favorabiliter interponimus, prout Catholicorum Principum vota exposcunt, ac rerum, lo-

corum, & temporum circumstantiis debite pensatis, conspiciamus in Domino salubriter expedire.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, Monasterium Sancti Gildasii, ac Prioratus de Gramont Ordinis Sancti Benedicti Bituricens. Dioecesis, certis tunc expressis modis vacent ad praesens, & forsitan tanto tempore vacaverint, quod eorum Collatio juxta Lateranen. statuta Concilii, est ad Sedem Apostolicam legitime devoluta. Et sicut exhibitum Nobis nuper pro parte dilecti filii nobilis viri Henrici de Bourbon Principis Condac., & Oppidi Castri Ruffi, seu de Chafneauvoux dictae Dioecesis Ducis, & Franciae primi Paris petitis continebat, tam Prioratus, & Sancti Gildasii praedictorum, quam Abbatiae nuncupati Burgidolen. ordinis, & Dioecesis praedictorum Monasteriorum Ecclesiae, caeteraque edificia penitus diruta, & funditus everfa existant, ac pro illis restaurandis, & ad statum habitationis reducendis, ducenta millia scuta, vel circa necessaria sint, ac dilecti filii Monachi dictorum Monasteriorum nullas habitationes, nec receptacula, ubi residere, & convenire possint, habeant, ac Monasteriorum, ad quae, dum pro tempore vacant nominatio persona idonea ad Charissimum in Christo filium nostrum Ludovicum Francorum, & Navarrae Regem Christianissimum vigore concordatorum aliam inter Sedem praedictam, & Clarum: me: Franciscum Primum eorumdem Francorum Regem inita spectat, & pertinet, necnon Prioratus hujusmodi fructus, redditus, & proventus ad quindecim mille libras Turonen., vel circa summam trium millium Ducatorum auri de Camera circiter conficien. tam pro Abbatibus, quam Conventualibus mensis annuatim dumtaxat ascenden. in Provinciis Pictaven., Xanthonen., Lemovicen., & Marchiae alias de la Marche consistant, ob eorumque distantiam, & separationem hujusmodi, non nisi magna cum difficultate, ac majori impensa exigi possint; Et propterea Henricus Dux, & Princeps praedictus pro sua singulari pietate Catholicae fidei puritatem in locis dominio suo temporali subjectis non solum conservare, sed etiam, quantum in se est, propagare cupiens, Monasteria, & Prioratum hujusmodi, ac in eis dictum Ordinem, omnemque illorum statum, essentiam, & dependentiam regulares, perpetuo suppressi, & extingui, ac pro majori divini cultus, & piorum operum augmento, ac Vassallorum, seu subditorum suorum spirituali consolatione, & commoditate, unam secularem, & Collegiatam Ecclesiam, & in ea unam Abbatiam futuram in seculari, & Collegiatam Ecclesiam hujusmodi Dignitatem principalem, ac duodecim Canonicatus, & Praeben. pro uno Abbate, & duodecim Clericis, seu Presbyteris secularibus Canonicis ejusdem Ecclesiae secularis, & Collegiate futuris, ac unum Collegium Societatis Jesu in dicto Oppido Castoriensi erigi, & institui, sibi vero, & pro tempore existentis dicti Oppidi Duci omnia, & singula stabilia, res, pro-

Causa Monasterii S. Gildasii, & Burgidolen., ac Prioratus de Gramont secularizandi.

Collegiatamque Ecclesiam,

proprietates, fructus, redditus, & proventus, jura, obventiones, & emolumenta quaecumque eorumdem Monasteriorum, & Prioratus perpetuo concedi, & assignari, & eorum loco mensa Capitulari dictae Collegiate Ecclesiae sic erigenda pro Abbatis, & duodecim Canonicatum, & Praebendarum hujusmodi congrua, & competenti dote, illosque pro tempore obtinen. sustentatione sex millium, qui mille, & octingentes, Collegio vero praedictis pro illius Collegialium sustentatione quatuor millium librarum Turonen., quae mille, & ducentos Ducatos similes circiter constituunt, redditus annuos, & perpetuos per dictum Henricum Ducem, & Principem in tot Terra petitis, & praediis, seu aliis bonis stabilibus intra ambitum decem leucarum circumquaque assignari, applicari, & appropriari desideret: ac propterea dictam Collegiatam Ecclesiam a fundamentis, & Collegium apud dictam Ecclesiam S. Gildasii, quae reparari debent, similiter extrui facere, omnibusque ornamentis, parametis, ac sacra, & prophana suppellectili, aliisque ad divinum cultum necessariis sufficienter instruere, & ornare, Canonicis ejusdem Collegiate Ecclesiae Domos Canonicales construere, seu eis de sufficientibus juxta eorum qualitatem habitationibus providere, necnon unam in Burgidolen., & aliam in Sancti Gildasii Monasteriorum, ac reliquas tres Missas qualibet hebdomada in Prioratus praedictorum Cappellis, prout haecenus consuetum est, in perpetuum celebrari facere, & pro celebratione dictarum trium Missarum summam quadringentarum, & quinguentarum librarum similibus centum, & triginta deat. pares circiter constituere, pro earum elemosyna. Insuper Monachis dictorum Monasteriorum professis supra numerum tredecim, qui in Abbatem, & Canonicos dictae Ecclesiae Collegiate eligentur, remanentibus ducentas libras pares quingenta ducatos similes, vel circa conficien. quotannis pro quolibet eorum vita durante, seu donec Abbati, & Canonicis praedictis de aliis Beneficiis ecclesiasticis ad congruam eorum sustentationem sufficienter provisum fuerit, solvere, & in edificiis ecclesiarum, ac Collegii, & Dolorum, ac habitationum praedictorum, necnon redditibus annuis in locis commodis acquirendis, multo majorem quantitatem, quam valor reddituum, & bonorum Monasteriorum, & Prioratus hujusmodi importet, impendere, & exponere intendat, dummodo jus patronatus, & praesentandi personas idoneas ad Canonicatus, & Praebendas sic erigen. hujusmodi, necnon Prioratus, & Parochiales Ecclesias, aliaque Beneficia a dictis Monasteriis dependent. sibi valide, ut infra, per Nos concedatur, & reservetur.

Henrici Bourbonii pro eadem re preces.

§. 2. Quare pro parte dicti Henrici Ducis, & Principis Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus Monasteria, & Prioratum hujusmodi suppressi, & extingui, aliaque in praemissis opportuna providere de benignitate apostolica dignaremur.

Bull. Rom. Tom. IV. Par. V.

§. 3. Nos igitur, qui dudum inter alia, volumus, quod petentes Beneficia ecclesiastica aliis uniri, tenerentur exprimere verum annum valorem secundum communem estimationem etiam Beneficii, cui aliud uniri peteretur, alioquin unio non valeret, & idem observari volumus in quibusvis suppressionibus, perpetuis concessionibus, & dismembrationibus, & applicationibus, etiam de quibuscumque fructibus, & bonis ecclesiasticis; dictum Henricum Ducem, & Principem a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomolibet innodatus existit, ad effectum praesentium consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore consentes, necnon verum, & ultimum Monasteriorum, & Prioratus praedictorum vacationis modum, etiam si ex illo quavis generalis reservatio etiam in corpore Juris clausa resultet, nec non bonorum, & reddituum quorumcumque dictorum Monasteriorum, & Prioratus situationes, confines, denominationes, qualitates, verosque, & annuos valores praesentibus pro expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati discretioni tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint evocandi, tam illa quam Sancti Gildasii Vidz, cujus ad quadringentos, & quinquaginta, necnon Burgidolen. Monasteria, cujus ad quatuor mille floren. auri in libris Camerae Apostolicae taxati reperiuntur, & Prioratum hujusmodi, cuius viginti quatuor, necnon si quae sint officia dictorum Monasteriorum claustralia, quorum singulorum, & illis forsitan respective annexi fructus, redditus, & proventus aliorum viginti quatuor ducatorum parium, secundum communem estimationem, valorem annum non excedunt, cum primum illa, quatenus eadem, vel eorum aliquod ad praesens non vacent, per cessum, & ex causa permutationis, & in nostris, vel successorum nostrorum Romanorum Pontificum pro tempore existentium manibus factae, vel facien., seu decessum, aut quamvis aliam dimissionem, vel amissionem quamcumque illa ad praesens obtinen., vel alias quibusvis modis, etiam apud dictam Sedem, vel etiam juxta concordata praedicta dudum inter Sedem eandem, ac eundem Franciscum Regem inita, vel alia privilegia, & Indulta apostolica haecenus concessa, & imposterum concedenda, seu Graduatis juxta eadem concordata affecta, simul, vel successive vacare contigerit, seu si tam illis, quam officia praedicta aliis, aut eorum aliquod, vel aliqua actu, ut praefertur aliis quibusvis modis, & ex quorumcumque personis, seu per liberam cessionem de dictis Monasteriis, eorumque regimine, & administratione, vel liberam resignationes illa, ac Prioratum, & officia hujusmodi ad praesens obtinen., vel quorumvis aliorum de illis in Romana Curia, vel extra eam etiam coram Notario publico, & Testibus sponte factas, aut confi-

Gregorius PP. Nuncio Apostolico facultatem tribuit praedicta Monasteria, & Prioratum suppressendi;

Canonicis erigenda Collegiata facultatem concedendi constitutionum concedendum.

liter perpetuo applices, & appropries, ac incorpores.

§.9. Necnon Abbati, & Capitulo, ac Canonicis dictae Collegiatae Ecclesiae pro tempore existentibus pro eiusdem Ecclesiae, illiusque rerum, & bonorum tam spiritualium, quam temporalium, ac personarum, vel Ministrorum prospero, & felici statu, regimine, gubernio, & directione, & onerum illis incumbentium supportatione, Missarum, Horarum, Canoniarum, & aliorum divinorum Officiorum tam diurnorum, quam Nocturnorum, processionum, Anniversariorum, & aliorum suffragiorum celebratione, & decantatione, ac Abbatis, & Canonicorum respective admissione, & residentia, necnon distributionum quotidianarum, & aliorum emolumentorum perceptione, divisione, repartitione, & amissione, ac multarum, & poenarum per absentes, & divinis Officiis non interessentes, seu onera, & servitia eis incumbenda subire negligens, incursum singulorum praesentium, & absentium, notan., ac Ceremoniarum, ritibusque in Collegiata Ecclesia, Choro, Capitulo, Processionibus, & aliis actibus praedictis servan. Officialibus, & aliis Ministris deputandis, & amovendis servitiis, & Ministeriis per eos obeundis, & agendis, salariis, & stipendiis eorum cuilibet praestan., ac quibusvis aliis rebus in praemissis, vel circa ea quomodolibet necessariis, & opportunis quacumque statuta, Ordinationes, & Decreta, licita tamen, & honesta, & Sacris Canonibus, & Concilio Tridentini Decretis, necnon constitutionibus, & Ordinationibus apostolicis non contraria, ac per Ordinarium loci pro tempore existentem examinanda, & approbanda condendi, & condita pro rerum, & temporum varietate, & qualitate, quoties expediens videbitur, immutandi, corrigendi, limitandi, declarandi, & interpretandi, ac in meliorem formam redigendi, seu alia de novo etiam ex integro condendi, quae tamen postquam sic de novo condita, prout & ea, quae immutata, correctata, limitata, declarata, interpretata, ac in meliorem formam redacta fuerint, per eundem Ordinarium examinari, & approbari debeant, & per eos, ad quos pro tempore spectabit, sub poenis in contravenien. statuen. observari facien. plenam, liberam, & omnimodam facultatem, licentiam, & auctoritatem dictae auctoritate nostra impartiaris.

Dictaeque Collegiatae, & Collegio solita concedendi privilegia.

§.10. Insuper Collegiatae Ecclesiae, illiusque Abbati, Capitulo, & Canonicis, necnon Collegio Jesuitarum huiusmodi, illiusque Rectori, Collegialibus, Ministris, & personis pro tempore existentibus, ut omnibus, & singulis privilegiis, facultatibus, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, praerogativis, concessionibus, indultis, favoribus, & aliis gratis tam spiritualibus, quam temporalibus, quibus aliae Collegiatae Ecclesiae illarum partium, earumque Abbates, Canonicos, ac similia Jesuitarum Collegia, eorumque Rectores, & Collegiales, Ministri,

& personae, alique Christifideles Ecclesias Collegiatas, ac Domos dictae Societatis pro tempore visitantes, ac eorum, res, & bona de iure, usu, vel consuetudine, aut ex privilegio apostolico, vel aliis quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere etiam possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, & quoad capparum, seu cottarum, almutiarum, & superpelliciorum usum, & delationem similiter, & pariformiter, ac sine ulla prorsus differentia in omnibus, & per omnia, perinde, ac si eis nominatim, & expressis, illa per praesentes concessa forent, etiamsi talia forent, quae specialem, & individuum requirent mentionem, ac sub generali expressione non comprehenderentur, etiam uti, frui, potiri, & gaudere libere, & licite valeant, eadem auctoritate concedas, & indulgeas.

§.11. Postremo dicto Henrico Duci, & Principi, ac ejus in praedicto Ducatu Castris Russi successoribus quibuscumque in perpetuum, & in infinitum jus patronatum, & praesentandi locorum ordinariis pro tempore existentibus, seu eorum Officialibus personis idoneas ad Canonicatus, & Praebendas hac prima vice a primava illorum erectione, & institutione vacan., necnon ad Prioratus, & Parochiales ecclesias, seu earum perpetuas Vicarias, aliaque quacumque cum cura, & sine cura dicti Ordinis regularia, & secularia Beneficia ecclesiastica quomodolibet nuncupata, & qualificata a Monasteriis, & Prioratu praedictis sic suppressis, & reductis dependen., seu ad Abbatum, vel perpetuorum Commendatariorum eorumdem Monasteriorum, & Prioratus pro tempore existen. collationem, provisionem, praesentationem, electionem, nominationem, & quamvis aliam dispositionem spectan. quodcumque, & quotiescumque illos, & illa per cessum, etiam ex causa permutationis, etiam in nostris, vel Romani Pontificis pro tempore existentis aut Ordinarii loci, seu aliorum quorumcumque manibus factae, vel facien., seu decessum, vel Religionis ingressum, & Matrimonii contractum, habitus Clericalis non delationem, resignationis, vel cessionis non publicationem, aut privationem, seu quamvis aliam dimissionem, vel amissionem illa pro tempore obtinen., seu in eis jus haben., vel affectationem aliorum Beneficiorum ecclesiasticorum quavis auctoritate Collatorum, aut aliis quibusvis modis etiam apud Sedem praedictam, & ex quorumcumque personis, etiam nostris, seu alterius Romani Pontificis, aut alicujus praedictae Romanae Ecclesiae Cardinalis, & vicen. Familiaribus continuis commensalibus, aut Romanae Curiae Officialibus, vel ceteras qualitates, etiamsi de illis specialis mentio faciendae foret, & sub generali verborum expressione non venirent, & quae reservationem apostolicam quomodolibet, & in corpore juris amplissimam inducerent, habentibus tam in dicta Curia, quam extracam, & etiam in aliquo ex mensibus dictae Sedi

Et Ducibus Condzis jus nominandi ad Canonicatus reservandi.

Sedi per constitutiones apostolicas, seu Cancellariae Apostolicae regulas, aut literas alternavarum, reservatis, seu locorum Ordinariis, etiam Cardinalatus honore fulgen. per easdem Constitutiones, seu Regulas, aut literas, vel juxta concordata, aut alia personalia indulta concessis, & imposterum concedendis, aut etiam iure ordinario, aut aliis quomodolibet competentibus, & competituris pro tempore vacare contigerit, etiamsi dispositioni apostolica specialiter, aut ex praesentis, vel alius personis, & causis generaliter reservata, vel affecta fuerint, & super eis inter aliquos lis in petitorio, vel possessorio pendeat indecisa, per locorum Ordinarios, seu eorum Officiales pro tempore existentes ad praesentationem huiusmodi instituen. itidem perpetuo eadem auctoritate nostra reserves, concedas, & assignes: ac jus patronatus, & praesentandi huiusmodi laicorum, Nobilium, & Illustrium existere, necnon Henrico Duci, & Principi, ac successoribus praesentis futuris Patronis non ex privilegio apostolico sed ex vera primava reali, actuali, plena, integra, & omnimoda fundatione, & perpetua dotatione laicali ex bonis mere laicalibus, & patrimonialibus dumtaxat competere, illudque vim, effectum, naturam, essentiam, & qualitatem juris patronatus laicorum obtinere, ac Henrico Duci, & Principi, & aliis futuris Patronis praedictis suffragari debere in omnibus, & per omnia absque ulla prorsus differentia etiam quoad omnes juris, & facti effectus, perinde ac si eis, & illorum singulis ratione verae, realis, actualis, plenae, & integre fundationis, & perpetuae dotationis per eos ex propriis, & mere laicalibus, & patrimonialibus bonis dumtaxat a principio acquisitum, & concessum fuisset, ac ut tale sub quacumque derogatione nullatenus comprahendi, nec illi ullo unquam tempore etiam praetextu juris patronatus ex privilegio apostolico, vel consuetudine acquisiti, aut quocumque liti's pendenciae, seu permutationis, vel ex alia causa quantumvis legitima, & urgenti derogari, aut derogatum censeri posse, neque debere, nisi Henrici Ducis, & Principis, ac Patronorum pro tempore existentium expressus ad id accesserit assensus, & aliter factas derogationes, necnon collationes, provisiones, & qualvis alias dispositiones de Canonicatibus, & Praebendis, ac aliis Beneficiis praedictis, sive iis, ut praesertur, sive aliis quibusvis modis, etiam apud Sedem eandem pro tempore vacan. absque praesentatione, vel expresso consensu Patronorum pro tempore existentium praedictorum cum speciali, & expressa derogatione juris patronatus huiusmodi pro tempore facien., processusque desuper habendos, ac inde sequenda quacumque nulla, & invalida, nulliusque roboris, vel momenti fore, ac pro nullis, & infectis haberi, & censeri debere, nec jus, aut coloratum titulum possidendi cuique per illa tribui, vel acquiri, minusque praesentes literas ex quocumque capite quantumvis legitimo, & juridico de subreptionis, & obreptionis,

seu nullitatis vitio, aut intentionis nostrae, seu quopiam alio defectu notari, impugnari, retractari, annullari, vel invalidari, in jus, vel in controversiam vocari, aut ad viam, & terminos juris reduci, seu adversus illa quodcumque juris, gratiae, vel facti remedium impetrari, vel concedi unquam posse: sed illas semper, & perpetuo validas, & efficaces esse, & fore, suorum plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, neque sub quibusvis Cancellariae praedictae regulis super praemissorum effectum non fortitorem revocatoris, aliisque similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, etiam per Nos, & Successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, sedemque praedictam, sub quibuscumque verborum expressionibus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis pro tempore quomodolibet factis comprahendi, vel confundi, sed ab illis semper exceptis, & quoties illae emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data per Henricum Ducem, & Principem, & successores suos futuros Patronos, necnon Abbatem, & Capitulum, ac Canonicos dictae Collegiatae Ecclesiae, & Rectorem, & Collegiales ipsius Collegii pro tempore existentes quodcumque eligen. concessas esse, & fore, suorum plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere; Sicque per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos etiam ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales etiam de latere Legatos, & Vicelegatos, dictaque Sedis Nuncios judicari, & desiniri debere, ac quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane dictae auctoritate decernas.

§.12. Non obstantibus priori voluntate nostra, aliisque praemissis, ac Lateranen. Concilio novissime celebrati, uniones perpetuas nisi in casibus a jure permixtis fieri prohibentis, & recolendae memoriae Pauli Pape II., ac quorumcumque aliorum Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum de rebus Ecclesiae non alienandis, necnon similis memoriae Bonifacii Pape VIII. etiam Praedecessoris nostri, & aliis quibusvis etiam apostolicis, & in synodalibus, & provincialibus, universalibusque Conciliis editis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus: Necnon Monasteriorum, Prioratus, & Ordinis praedictorum Juramento, confirmationis apostolicae, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis apostolicis illis, eorumque superioribus, & personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu proprio, & ex certa scientia,

Obstantia tollit.

constitutionem se: re: Joannis Papæ XXII. Prædecessoris nostri, quæ incipit: *Exce- rabilis*, vel assequutionem alterius Beneficii Ecclesiastici quavis auctoritate collati va- cent, etiam si tanto tempore vacaverint, quod Monasteriorum videlicet provisio jux- ta Lateranen. statuta Concilii, aut aliquas Canonicas sanctiones ad Sedem Apostolicam legitime devoluta existat, & illa ex quavis causa ad Sedem Apostolicam specialiter, vel generaliter pertineat ac de illis consistorialiter disponi consueverit, seu debeat, ac super eisdem regimine, & administratione, necnon Prioratu, & officiis prædictis inter aliquos lis, seu illorum possessio, vel quasi molestia, cujus litis statum, etiam præsen- tibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, necnon eorum nomina, titulos, & denominationes, ac in eis, eorumque mem- bris, & quibuscumque Beneficiis ecclesia- sticis cum cura, & sine cura quomodolibet qualificatis, & nuncupatis a Monasteriis, & Prioratu prædictis quomodolibet dependeri, dictum Ordinem S. Benedicti, omnemque illius statum, essentiam, & dependentiam regulares, ac Conventualitatem quamcum- que, dummodo dicti Ludovici Regis, & dilectorum filiorum moderni Abbatis Burgidolen., & tam illius, quam Sancti Gilda- sii, quod, ut præfertur, vacat, Monasterio- rum, & Conventuum ad hoc expressus accedat assensus, auctoritate nostra perpetuo suppri- mas, & extinguas; illisque sic suppressis, & extinctis, eorum Ecclesias, seu Cappellas, necnon quæcumque Beneficia dicti Ordinis regularia quomodolibet nuncupata, & qua- lificata, & ab ipsis Monasteriis dependen- ad secularitatem, & statum secularem, ita, ut Abbas, & Monachi præsentis officia, & Beneficia regularia hujusmodi ad præsentem, & ante executionem præsentium obtinen- absque alia nova provisione, vel possessionis ademptione desuper facienda, illa deinceps in titulum, quoad vixerint, secundum illo- rum in Monachos receptionis ordinem nul- la Monasteriorum hujusmodi qualitate con- siderata sub nomine tamen Canoniciatum, & Præbendarum retinere, illorumque fru- ctus, redditus, proventus, jura, obventiones, & emolumenta quæcumque percipere, exigere, & levare, ac in proprios usus, & utilitatem convertere libere, & licite va- leant, etiam perpetuo reducatur.

Monachos ad Canonicos nõ tamen regula- res reducendis;

Bona omnia d. Monaste- riorum, & Prioratus spe- ciantia Henri- co Duci tra- dendis;

§. 4. Necnon eosdem Abbatem, & Mo- nachos professos a disciplina regularis dicti Ordinis, ac votorum paupertatis, & obe- dientie, non tamen Castitatis, per eos, & eor- um quemlibet in professione sua regulari emissorum observantia, ita quod ad illa de- inceps observanda nullatenus teneantur, nec ad id a quoquam quovis prætextu, vel colore compelli possint, penitus, & omni- no, perinde ac si illa nunquam emisissent, præterquam a voto castitatis hujusmodi ab- solvas, & liberes.

§. 5. Omnia autem, & singula Mona- steriorum, & Prioratus prædictorum, sic ad secularitatem reductorum bona, prædia, proprietates, ædificia, terræ petia, Decimas,

Primitias, Censur, laudemia, recognitio- nes, Canones, servitutes, livellos, fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, & emolumenta quæcumque in quibusvis re- bus, & in qualibet mundi parte consisten., & undequaque provenien., & ad Monaste- ria, & Prioratum hujusmodi quomodolibet spectan., & pertinen. etiam si per Sedem prædictam, illiusque Legatos, vel Nuncios, ac Imperatores, Reges, Reginas, Principes, & alios utriusque sexus Christianifideles quos- cumque, etiam intuitu, & contemplatione regularitatis, & quamdiu illa ibidem vige- rit dumtaxat concessa, donata, relicta, ero- gata, & largita temporalizes, & laicalia, efficias, illaque sic temporalizata, & laica- lia effecta dicto Henrico Duci, & Principi, ejusque in Ducatu dicti Oppidi successoribus quibuscumque pro tempore existentibus, si & postquam dictus Henricus Dux, & Prin- cept Ecclesias reparaverit, ac bona, ut in- fra assignaverit, nec antea, ita quod sequuta reparatione, & assignatione hujusmodi, nec alias, aut antea liceat eidem Hen- rico Duci, & Principi corporalem, realem, & actualem illorum omnium possessionem per se, vel alium, seu alios eorum, & d. Duce- tus nomine propria auctoritate libere appre- hendere, & apprehensam perpetuo retinere, fructus quoque, redditus, & emolumenta hu- jusmodi percipere, exigere, levare, recupe- rare, locareque, & dislocare, vel arrendare, ac in suos usus, & utilitatem convertere, cujusque licentia desuper minime requiritur.

§. 6. Ita tamen, quod dictus Henricus Dux, & Princeps, & ejus in Ducatu præ- dicto successores quicumque Cappellas Mo- nasterii Burgidolen., & Prioratus prædictorum suis sumptibus decenter manutenere, ac reparare, seu eas reparari, necnon unam quotidianam in Burgidolen., & aliam in Sancti Gildasii Monasteriorum, & reli- quas tres Missas qualibet hebdomada- in Prioratus prædictorum Cappellis, prout hactenus solitum, & consuetum est, cum elemosyna, seu salario supradicto in- perpetuum celebrari facere teneantur, simi- liter perpetuo concedas, & assignes, seu illa dicto Ducatu modo, & forma præmissis itidem perpetuo applices, & appropries.

§. 7. Et insuper ex nunc, prout post- quam dictus Henricus Dux, & Princeps Ecclesiam in Collegiatam erigen., & tam Jesuitarum Collegii hujusmodi, quam pro Canonicis, & Collegialibus respective Do- mos ad eorum habitationem, & residen- tiam sufficientes extrui fecerit, seu compa- raverit, easque omnibus ad divinum cul- tum necessariis sufficienter instruxerit, ac unum sex millium, & alterum redditus an- nuos, & perpetuos quatuor millium libra- rum prædictarum intra decem leucas a di- ctis Oppidis respective in tot Terræ petiis, seu aliis bonis stabilibus consisten. perpetuo donaverit, & assignaverit, ac cum effe- ctu tradiderit, dictisque Monachis infra numerum tredecim in Abbatem, & Canonicos, ut præfertur, institutum, re manentibus, eorumque singulis ducentas

Qui ea, que hic enunciatur, exequi te- neantur.

Necnon Col- legiatam Ecle- siam erigen- di, & Collegiũ Soc. Jesu, que ab iplo Hen- rico Duce do- tentur ad for- mam præsen- tis Constitu- tionis.

libras

libras similes quot annis pro quolibet eorum vita durante, seu donec eis aliis Beneficiis ecclesiasticis ad eorum con- gruam sustentationem sufficienter provisum fuerit, solvere valide, & efficaciter se obli- gaverit, ac tutam, & securam assignatio- nem desuper dederit in dicto Oppido, & lo- co ad id commodo, & opportuno a dicto Henrico Duce, & Principe designan. unam secularem, & Collegiatam ecclesiam cum Capitulo, & mensa Capitulari, arca, & sig- illo communibus, aliisque Collegialibus insignis, ac in ea unum Abbatem secularem, qui in ipsa Collegiata ecclesia Dignitas prin- cipalis, & unica, non tamen electiva existat, & ad quam, occurrente ejus vacatione, nomi- natio personæ idoneæ ad Francorum Re- gem Christianissimum pro tempore existen- tem, prout ante suppressionem, & redutio- nem hujusmodi vigore dictorum concordato- rum, ut præfertur, competeat, specta- re, & pertinere debeant, ac duodecim Ca- nonicatus, & totidem Præben. pro tredecim Clericis, seu Presbyteris secularibus, futu- ris dictæ Collegiatae Ecclesie Canonicis hac prima vice dumtaxat, qua Monachi Mona- steriorum hujusmodi in Canonicos institui debent, qui quidem Abbas ejusdem ecclesie in Collegiatam erigen., & illius Capitali caput existat, ac in ea, illiusque Choro, Ca- pitulo, processioneibus, & aliis actibus Cap- itularibus publicis, & privatis præsideat, omnibusque, & singulis privilegiis, facultatibus, libertatibus, immunitatibus, exem- ptionibus, prærogativis, præminentis, antelationibus, favoribus, & Indultis, aliisque gratiis universis tam spiritualibus, quam temporalibus, quibus Abbates Mo- nasteriorum suppressorum Burgidolen., & forsan S. Gildasii hujusmodi utebantur, fruebantur, potiebantur, & gaudebant, ac uti, frui, potiri, & gaudere poterant, si- militer, & æque principaliter, ac sine ulla proferus differentia uti, frui, potiri, & gau- dere possit, & valeat. Necnon duodecim Canonicis hujusmodi, qui omnes insimul Capitulum dictæ Collegiatae Ecclesie con- stituant, & apud illam residere, & in ea sin- gulis diebus, & debitis temporibus Horas Canonicas tam diurnas, quam nocturnas, necnon Missas, & alia divina officia colle- gialiter cum mentis attentione, & devo- tione, ac servata ecclesiastica disciplina, de- cantare, & celebrare, illisque interesse, ac aliis eidem Collegiatae Ecclesie ad instar aliarum Collegiatarum ecclesiarum illa- rum partium laudabiliter in Divinis deservire debeant, & teneantur; Necnon in eod- em Oppido, ac ædificiis in situ, seu ambitu dicti Monasterii S. Gildasii per eandem Henricum Ducem, & Principem reparandis, seu extruendis, unum Collegium Societatis Jesu eum Ecclesia, seu Cappella, ejusdem Monasterii claustrum, Refectorio, Cellis, Area, Scholis, aliisque membris, ædificiis, & officinis necessariis, & opportunis pro perpetuo usu, & habitatione unius Rectoris, ac competentis numeri Religiosorum dictæ Societatis, pietate, & doctrina præstantium,

Bull. Rom. Tom. V. Par. V.

qui inibi juxta regularia ejusdem Societatis instituta conventualiter viven. Gramma- ticam, & Rethoricam, ac Philosophiam, necnon Theologiam publice legere, & in- terpretari, ac ad ipsum Collegium cujuscum- que Nationis, & Provincia Adolescentes, alique personæ, dummodo a Catholica, & orthodoxa religione minime dissentiant, ac- cedere, ibique studere, scribere, legere, disputare, argumentari, aliosque actus Scholasticos, & qui in aliis dictæ Societatis Collegiis fieri, & exerceri consueverunt, facere libere, & licite possint, & valeant, itidem perpetuo, dicta auctoritate, sine ta- men alicujus præjudicio, erigas, & in- stituas.

§. 8. Illisque sic erectis, & institutis pro congrua, & competenti eorum dote, ac Canonicorum, & Collegialium prædictorum respective sustentatione, onerumque illis incumbentium supportatione, mensæ capi- tulari videlicet sex mille; Collegio vero Jesuitarum prædictis quatuor mille librarum hujusmodi annuos redditus, ut præfertur, assignan. ex nunc prout postquam assignati fuerint: ita quod liceat Abbati, Capitulo, & Canonicis sex, Rectori vero, & Collegia- libus prædictis pro tempore existentibus quatuor millium librarum reddituum an- nuorum hujusmodi, ac bonorum, in qui- bus consistit corporalem, realem, & actualem possessionem per se, vel alium, seu alios eorum, ac mensæ Capitularis, & Collegii prædictorum respective nominibus, propria auctoritate libere apprehendere, & apprehensam perpetuo retinere, fructus, quoque redditus, proventus, jura, obventio- nes, & emolumenta ex inde provenien. quæcumque percipere, exigere, levare, recu- perare, locareque, & arrendare, & de- tracta in primis, & ante omnia ex reddi- tibus Collegiatae Ecclesie hujusmodi assi- gnan., & applican. tertia eorum parte, pro congrua dote, & fructibus grossis Abbatie, & singulorum Canoniciatum, & Præben- darum sic erigendorum inter eos æquis portionibus dividenda, reliquæ duæ partes fructuum, reddituum, & proventuum, ac emolumentorum hujusmodi in usum distri- butionum quotidianarum juxta providam desuper facien. ordinationem inter Abba- tem, & singulos Canonicos in dicta Colle- giata Ecclesia pro tempore residen., & Ho- ris Canonicis, aliisque officiis in ea pro tem- pore celebran. interessentibus similiter di- videndam, & repartendam, ex quibus Abbas duplicem, Canonici vero unam sim- plicem distributionum prædictarum por- tionem percipiant; Absentium vero, & non interessentium portiones, infirmitatis tamen, aut alio legitimo, de quo doceri debeat impedimento cessan., aliis præsen- tibus, & divinis officiis, ut præfertur, inte- ressen. pro uniuscujusque rata, & proportio- nabiliter accrescant, aliosque mensæ Cap- itularis, necnon Collegii Jesuitarum prædi- ctorum respective usus, & utilitatem con- vertere, Dioecesani loci, vel cujusvis alte- rius licentia desuper minime requisita, simi-

Eisque con- gruam assi- gnandi dotem

L 2

liter

ac de apostolica potestatis plenitudine etiam consistorialiter, ac aliis in contrarium forsan quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret, illis aliis in suo robore permansuris hac vice dumtaxat harum serie specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Aut si aliqui apostolica predicta, vel quavis alia auctoritate in dicta Collegiata Ecclesia in Canonicos sint recepti, vel ut recipiantur, insistant, seu si super provisionibus sibi faciendis de Canonicatibus, & Præbendis dictæ Collegiatae Ecclesie specialis, vel aliis Beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales dictæ Sedis, aut Legatorum ejus literas impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum, sed nullum per hoc eis quoad affectationem Beneficiorum aliorum præjudicium generari, & quibusvis aliis Indulgentiis, & literis apostolicis generalibus, vel specialibus quorumcumque tenoribus existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus eorum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, eorumque totis tenoribus habenda sit in nostris literis mentio specialis.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo vigesimo secundo, quarto Kalendas Januarii Pontificatus nostri Anno Secundo.

Dat. die 29.  
Decem. 1622.  
An. II.

Ex Regest. in  
Secret. Brev.

Regi Catholico facultas conceditur conferendi Officia Militaris Ordinis, seu Societatis del Tuison extra Capitulum generale ejusdem Ordinis, seu Societatis.

Charissimo in Christo filio nostro Philippo Hispaniarum Regi Catholico.

GREGORIUS PAPA XV.

Charissime in Christo fili noster salutem, & apostolicam benedictionem.

Regis Catholici petitio.

§. 1. Cum sicut Majestatis tuæ nomine Nobis nuper expositum fuit, pro dispositione locorum, seu Officiorum Ordinis, sive Societatis aurei Velleris del Tuison vulgo nuncupat. Capitulum ipsius Ordinis, seu Societatis, prout illius statuta, & stabilimenta disponunt, convocare oporteat: Tu vero de locis, seu Officiis hujusmodi extra Capitulum prædictum disponere posse summo opere desideres.

Concessio, de qua in rubrica

§. 2. Nos Majestati tuæ specialem gratiam facere volentes, supplicationibus ejus

nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, tibi, ut de omnibus locis, atque Officiis dicti Ordinis, seu Societatis tam nunc vacan. quam impofterum vacaturis ad tuum beneplacitum, etiam extra Capitulum generale prædictum disponere, & providere libere, & licite valeas, auctoritate apostolica, tenore præsentium, licentiam, & facultatem concedimus, & impertimur.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus apostolicis, ac dicti Ordinis etiam Juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, usibus, naturis, etiam si in illis caveatur expresse quod illa loca, seu officia extra dictum Capitulum generale conferri non possint, & aliter factæ collationes, & provisiones nullæ sint, privilegiis quoque, indultis, & literis apostolicis in contrarium quomodolibet concessis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis eorum tenores præsentibus pro expressis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Anno Piscatoris die 29. Decemb. 1622. Pontificatus Nostri Anno II.

Derogatio contrariorum

Dat. die 29.  
Decem. 1622.  
An. II.

LXXXXII.

Revocatio quarumcumque licentiarum legendi, & tenendi quomodolibet libros prohibitos quibuscumque personis ab omnibus, etiam Romanis Pontificibus concessarum.

Libri autem prohibiti qui sunt, vide in Indice desuper edito, de quo supra in const. XCI. Dominici. Pii IV. Tom. IV. Par. II. fol. 174.

GREGORIUS PAPA XV.

Ad futuram rei memoriam.

Apostolatus officium Nobis, nullo licet meritorum suffragio, divina providentia commissum postulat, ut ad ea vigilantia nostra partes propensius intendamus, per quæ religio Catholica, ubi divina gratia illa viget, conservetur, & ubi restitutione indiget, restitatur.

Exordium.

§. 1. Quapropter cum librorum prohibitorum lectio magno esse sinceræ fidei cultoribus detrimento noscatur, & sicut accipimus, licentiæ libros hujusmodi legendi nimis exereverint: Nos, ut huic malo mature occurratur, & impofterum quam cautissime licentiæ hujusmodi concedantur, quantum cum Domino possumus, providere volentes, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, omnes, & singulas licentiæ legendi, & habendi libros quoscumque ob hæresim, vel

Prohibitio legendi, & legendi libros prohibitos.

falsi dogmatis suspensionem, vel aliis quomodolibet prohibitos, quibuscumque personis cujuscumque gradus, & conditionis existentibus etiam per literas apostolicas ad tempus, seu ad vitam, & aliter quomodocumque, & ex quacumque causa, tam per literas in forma Brevis, quam aliter quomodocumque a Nobis, seu Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, seu ab habentibus a Nobis, vel ab eis facultatem, & auctoritatem concessas, earum tenorem præsentibus pro expressis habentes, tenore præsentium revocamus, cassamus, & annullamus, ac pro revocatis, cassis, & annullatis haberi, nullique in posterum suffragari.

Contraveniuntur poenarum imposit.

Hanc legem Pont. publicatam omnes legere decernit.

Hujusque transmissio eidem dari mandat.

Dat. die 30.  
Decem. 1622.  
An. II.

§. 2. Quinimmo libros per licentiæ hujusmodi permisos legentes, aut habentes, poenas in sacris Canonibus, constitutionibus apostolicis, & indicibus librorum prohibitorum contentas incurere volumus, & declaramus.

§. 3. Decernentes, ut præsentibus literæ, postquam in valvis Basilicarum S. Joannis Lateranensis, ac Principis Apostolorum de Urbe, & Cancellariæ Apostolicæ, necnon in acie Campi Floræ affixæ fuerint, infra duos menses ex tunc proximos, omnes, & singulos, ad quos spectat, ardeant, & afficiant, perinde, ac si unicuique personaliter intimata fuissent, quodque dictis duobus mensibus durantes, ii, qui libros prohibitos hujusmodi habuerint, eos ad Episcopum, seu Inquisitorem, qui illos quanto citius comburere debeat, deferre, quique aliquos similes libros prohibitos habere sciverint, eos denunciare teneantur, neque de cætero similes licentiæ nisi a Congregatione Sancti Officii, quæ singulis hebdomadis coram Nobis haberi solet, concedantur.

§. 4. Ac quod earundem præsentium transumptis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostense.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Anno Piscatoris, die 30. Decembris 1622. Pontificatus Nostri Anno II.

LXXXXIII.

Ex Regest. in Secret. Brev.

Congregationi Matris Dei conceduntur exemptiones omnes, & Privilegia Clericis Regularibus mendicantibus concessa.

GREGORIUS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Progenium.

Ad uberes, & suaves fructus, quos dilecti filii Rector Generalis, & Clerici Congregationis Matris Dei in militanti Ecclesia, cujus regimini divina disponente Clementia præsidemus, in dies afferunt, mentis nostræ aciem convertentes, ac ubero-

riores ex ipsa Congregatione fructus in dies proventuros esse sperantes, ad ea merito libenter intendimus, per quæ Congregatio ipsa felicioribus in dies proficiat incrementis.

Concessio, de qua in rubrica

§. 1. Ut igitur Rector, & Clerici præfati eo ferventius in suo laudabili instituto perseverent, quo majoribus se viderint favoribus, & gratiis munitos, providere volentes, ac singulares Rectoris, & Clericorum præfatorum personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existant, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus dilecti filii Josephi Matrai ejusdem Congregationis Rectoris Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Congregationi prædictæ, ejusque Rectori, ac Clericis, aliisque personis, ut omnibus, & singulis privilegiis, immunitatibus, libertatibus, facultatibus, exemptionibus, aliisque gratiis, & indultis tam spiritualibus, quam temporalibus aliis Congregationibus Clericorum Regularium mendicantium, (non tamen Societatis Jesu), illorumque superioribus, ac professoribus, necnon Ecclesiis, & locis regularibus quibuscumque, etiam per viam communicationis, vel extensionis, aut aliis quomodolibet per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac etiam Nos quomodolibet concessis, & quibus ipsi, necnon Ecclesiæ, & regularia loca hujusmodi de jure, usu, consuetudine, privilegio, concessione apostolica, seu aliis quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, dummodo tamen sint in usu, & non sint revocata, neque sub aliquibus revocationibus comprehensa, nec Sacris Canonibus, & Concilii Tridentini decretis, aut constitutionibus apostolicis repugnent, pari modo non solum ad eorum instar, sed pariformiter, & æque principaliter, perinde ac si illis nominatim, & in specie concessa fuissent, uti, frui, & gaudere libere, & licite valeant apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo concedimus, & indulgemus: dictaque privilegia, immunitates, libertates, facultates, exemptiones, gratias, & indulta eis communicamus, illaque ad eos extendimus. Decernentes præsentibus literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Rectori, & Clericis præfatis in omnibus, & per omnia plenissime suffragari.

Clausula.

§. 2. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus nostra de gratiis ad instar non concedendis, ac quibusvis

Derogatio contrariorum

stitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon Congregationum prefatarum, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis apostolicis in contrarium premifforum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis eorum omnium tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, caterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris die 4. Januarii 1623. Pontificatus Nostri Anno II.

XCV.

Confirmatio Literarum Cardinalis Ludovici S. R. E. Camerarii, quibus vigore Pontificii Chirographi facultatem Ferrariensibus tribuit vestigal imponendi super Armentis exteris in Territorio ejusdem Ducatus hibernantibus.

Dilectis filiis Judicis, & Magistrati Sapientum Civitatis nostrae Ferrariae.

GREGORIUS PAPA XV.

Dilecti filii salutem, & apostolicam benedictionem.

Exordium. Sinceræ fidei, & devotionis affectus, quem erga Nos, & Apostolicam Sedem gerere comprobamini, inducimur, ut votis vestris, quantum cum Domino possumus, libenter annuamus.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecistis, quod dilectus filius noster Ludovicus tituli S. Mariae Transpontinae Presbyter Cardinalis Ludovici nuncupatus Sanctae Romanae Ecclesiae Camerarius noster secundam carnem ex fratre germano Nepos in executionem Chirographi manu nostra signati, infra inserti, vobis, ut Gabellam in eodem Chirographo expressam imponere, eamque exigere, seu exigi facere, necnon affictare, arrendare, & appaltare sub certis modo, & forma tunc expressis libere, & licite valeretur, facultatem, & auctoritatem concessit, prout plenius continetur in patentibus ipsius Ludovici Cardinalis Camerarii sub die X. Maii anni proxime praeteriti confectis literis tenoris subsequentis videlicet.

Ludovicus tituli Sanctae Mariae Transpontinae Presbyter Cardinalis Ludovicus S. R. E. Camerarius. Dilectis Nobis in Christo Perillustribus DD. Judicis, & Magistrati Sapientum Illustris Civitatis Ferrariae salutem in Domino. Vestra erga Sanctissimum D. N. Gregorium Papam XV., & Sanctam Romanam Ecclesiam jamdiu perspecta fides, & devotio merito eundem Sanctissimum D. N. inducunt, ut petitionibus vestris libenter annuat, ac vos gratis, & favoribus

Card. Ludovicus Communis Ferrariae facultate concedit vestigal imponendi super pecude in Territorio ejusdem Ducatus hibernante.

Ludovicus Card. Literarum.

prosequatur singularibus. Itaque praedictus S. S. D. N. supplicationibus vestro nomine Sanctitati suae porrectis inclinatus, Chirographum ejus propria manu subscriptum Nobis direxit, & praesentari fecit, hujusmodi sub tenore, videlicet.

Reverendissimo Cardinali Camerario. Havendo la nostra Città di Ferrara più volte considerato, siccome ci ha fatto esporre, essere molto maggiore il danno, che universalmente apportano a quello stato li Pastori forastieri con i loro Armenti, di quello è l'utile de particolari per gli affitti de Pascoli, che si cavano, & il tutto essere stato sin hora tollerato con pregiudicio notabile dell'universale, e particolare per non privare li Pastori delle solite commodità, & i particolari del solito emolumento, onde parendole cosa giusta, che simili persone forastiere, che ricevono tanta commodità dalla detta Città si nel vivere per loro stessi, come per svernare i loro armenti, & far esito delle loro mercanzie, come di lana, cacci, capretti, agnelli, & simili, debbano ancora loro contribuire in qualche ragionevole maniera ad alcune delle opere della Città. Ci ha però fatto supplicare, vogliamo fargli gratia di conceder facultà al Giudice, e Magistrato de Savii di poter imporre, & riscuotere una Gabella, o impositione dalli Pastori forastieri, che vengono con gli armenti a svernare sul Ferrarese d'un quarto di giulio, cioè di mezzo grosso per ogni capo di bestia minuta, e di tre giulj per ogni capo di bestia grossa, con facultà di applicare tal emolumento nella detta Città per impiegarlo in pagar debiti, o vero in altra cosa di utile, e bisogno di quella Communità, come si simerà piu opportuno. Et parendo a noi conveniente, e ragionevole che chi sente il commodo, debba anche in qualche parte sentire l' incommodo, ci siamo contentati condescendere alla istanza fattaci, e farle anco questa grazia oltre molte altre grazie fattele. Però con la presente di nostro motu proprio, certa scienza, & pienezza della potestà apostolica, diamo, & concediamo al Giudice, e Magistrato de Savii di detta nostra Città di Ferrara, piena, ampla, & libera facultà, potestà, & autorità di imporre una nuova Gabella, o impositione annua di bajocci due, e mezzo sopra ogni capo di bestia minuta, e di tre giulij sopra ogni capo di bestia grossa, che da Pastori forastieri per l'avvenire faranno condotta svernare, & pascolare nel Ferrarese in qualsivoglia tempo, e stagione, e detta Gabella, o impositione ogni anno in perpetuo esigerla, e riscuoterla da Pastori, e Padroni forastieri di detti bestiami di qualsivoglia stato, grado, e conditione siano, et iam qualificati, & privilegiati liberamente, e licitamente senza incorso di pena alcuna, manu regia secondo è solito a farsi nell'estazioni dell'altre gabelle di detta Città. Dandole, & concedendole anco facultà, & autorità di poter affittare, arrendare, & appaltare detta Gabella ad una, o più persone, e per il tempo, prezzo, e risposta annua, che

che si troverà, e nel modo, e forma, che è solito farsi dell'altre Gabelle di detta Città e d'applicare l'emolumento, e risposta, che si caverà da detta Gabella alla Communità per impiegarlo in pagar debiti, o in altra cosa d'utile, e bisogno della Città, e secondo sarà giudicato piu espediente, & opportuno dal Reverendissimo Cardinal Legato, che pro tempore si ritroverà in Ferrara, e dal Giudice, & Magistrato de Savii sudetti. Et ordiniamo a voi, che sopra le cose predette, e per loro effetto, ed esecuzione le ne spediate tutti gl'Ordini, Mandati, Editti, e Bandi, etiam penali, e vostre lettere Patenti, che saranno necessarie, & opportune con tutte quelle clausule, e cautele, che giudicavate essere necessarie, ed espedienti per l'effetto sudetto. Volendo, e decretando, che la presente, e detti Ordini, Mandati, Editti, e Bandi, e lettere Patenti, e quanto da voi sarà fatto, & eseguito in esecuzione della presente vaglino, & habbino il loro effetto, efficazione, e vigore, ancorche non siano chiamati, & intesi detti Pastori, e Padroni de bestiami, e che contro la presente, e detti Ordini, mandati, Bandi, Editti, e lettere Patenti, e cose contenute in esse, non si possa dire, ne opporre di nullità, obrethione, sotretthione, e difetto della nostra volontà, & intentione, ne d'altro qualsivoglia vitio, ne sotto tali, o altri qualsivoglia pretesti possano essere impugnati, moderati, o revocati, e così, e non altrimenti debba essere giudicato, e definito da qualunque Giudice, e con la clausola subblata, e decreto irritante non ostante le cose predette, la Costituzione in Casa Domini solita leggerli nel Giovedì Santo, e qualsivoglia altra Costituzione, & Ordinationi apostoliche, statuti di Roma, e sue Riforme, e di detta Città di Ferrara, e suo stato, usi, stili, e consuetudini etiam inveterate, e qualunque privilegj, effecutioni, e gratie, che fossero state in qualsivoglia modo concessi a Pastori forastieri sudetti, e Padroni de Bestiami, e tanto la regola de jure quanto non tollendo, e la regola di Cancellaria, e tutte, e singole altre cose, che ostarono, o facessero, o potessero fare in qualunque modo in contrario, a quali tutte, e singole, ancorche avessero clausole insolite, e derogatorie di derogatorie, e per loro derogatione bisognasse farne espressa, specifica, & individua mentione, avendo nondimeno il tenore di essi, e ciascuno di loro per espresse, inserto, e registrato nella presente di parola in parola a sufficienza per questa volta per l'effetto sudetto in tutto, e per tutto specialmente, & espressemente deroghiamo. Dato in Roma nel Nostro Palazzo di S. Pietro questo dì 3. di Gennaio 1622.

Gregorius Papa XV.

Nos mandata praedicta ejusdem S. D. N. ut tenemur exequi, debitaque executioni demandare, vobisque etiam specialem gratiam facere volentes, de mandato S. D. N. Papae viva vocis oraculo super hoc Nobis facto, & auctoritate nostri Camerariatus Bull. Rom. Tom. V. Par. V.

Officii, ac in executionem, & vigore praesentis Chirographi, & juxta illius formam, continentiam, & tenorem vobis per illustris DD. Judicis, & Magistrati Sapientum dictae Civitatis Ferrariae Gabellam in praesentis Chirographo latius enunciatam, & expressam, ac modis, & formis, de quibus, & prout in eo imponendi, eamque libere, & licite, & impune, & absque aliqua poenarum, & seu censurarum incurfu exigendi, & exigi faciendi, illamque affictandi, arrendandi, & appaltandi persone, seu personis, ac pro pretio, tempore, & responsione annua reperien, & eo modo, & forma quibus solet fieri circa alias Gabellas dictae illustris Civitatis, emolumenta, & responsionem ex praescripta Gabella redigen, & provenien. Communitati ejusdem Civitatis pro solutione, & extinctione aris alieni, & debitorum, seu pro alia re utili, & necessaria dictae Civitatis, & juxta illud quod ab Illustrissimo, & Reverendissimo Domino Cardinali Legato nunc, & pro tempore existen, & a vobis per Illustr. DD. Judice, ac Magistratu Sapientum magis expediens, & opportunum judicatum fuerit, applican, facultatem, auctoritatem, & omnimodam potestatem desuper necessariam, & opportunitam concedimus, & impertimur, sicut etiam idem S. D. N. in praesentis Chirographo concessit, & impartitus fuit. Quocirca de mandato, & auctoritate similibus, ac praesentis Chirographi vigore Illustrissimum, & Reverendissimum D. Jacobum S. R. E. Presbyterum Cardinalem Serram pro eodem S. D. N. Papa, Sanctaque Sede Apostolica in dicta Civitate Ferrariae, & ejus Ducatu, & statu, & illius tota Provincia de latere Legatum attente in Domino rogamus: ejus vero R. P. D. Vicelegato, caterisque Officialibus, & Justitiae Ministris quibuscumque committimus, & mandamus quatenus vobis, dictaeque Civitati, & Communitati, dictaeque Gabellae Arrendatoribus, & Appaltatoribus in praemissis efficacis defensionis praesidio assistant, praesentes nostras, & contenta in dicto Chirographo observent, & exequantur, & per eos, ad quos spectat observari, & exequi mandent, curent, & faciant. Non permitteutes contra illius, & illarum formam, & tenorem vos, & dictam Civitatem, & Communitatem a quoquam desuper molestari, & impediri. Non obstantibus omnibus iis, quae dictus Sanctissimus Dominus Noster in Chirographo praedicto voluit non obstat, caterisque in contrarium quibuscumque. In quorum fidem &c. Datum Romae in Camera Apostolica anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi millesimo sexcentesimo vigesimo secundo Indictione quinta dies decima mensis Maii Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Gregorii divina providentia Papae XV. Anno Secundi Pro Illustrissimo D. Cardinali Camerario. M. Ant. Card. Gozadini. O. Garzad. Ita est Felix de Totis N. Camerae Apostolicae Notarius.

§. 2. Nunc autem vos amplioribus favoribus

1623.  
Card. Ludovici literas raras habet Pontifex.

voribus, & gratis prosequi volentes, & vestrum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore sententes, supplicationibus vestro nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, vobis, ut eandem Gabelam etiam super quolibet armento, & quolibet pecude extero, quae toto anni tempore in planitiebus, & agris Ducatus nostri Ferrarum non degunt, sed ad hibernandum dumtaxat inibi ducuntur quovisquamque illa sint Domini imponere, illamque sic impostam, libere, & licite, ac impune, & absque aliquo poenarum, vel censurarum ecclesiasticarum incurfu exigere, seu exigi facere, eamque afficere, arrendare, appaltare, & de illa disponere, servata aliis in omnibus, & per omnia Chirographi, & literarum hujusmodi forma, & tenore possitis, & valeatis, apostolica auctoritate tenore presentium facultatem concedimus, & imperpetuum.

Contraria tollit.

§.3. Non obstantibus omnibus illis, quae in dicto Chirographo volumus non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 25. Januarii 1623. Pontificatus Nostri Anno II.

XCV.

Revocatio quarumcumque praecedentiarum, seu paternitatum Fratibus Minoribus S. Francisci de Observantia, praeter constitutiones Ordinis auctoritate apostolica confirmatas, concessarum.

GREGORIUS PAPA XV.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Pastoralis officii Nobis divinitus inuncti assidua sollicitudo Nos admonet, ut omni cura, & vigilantia ad ea semper intendamus, per quae regularium personarum, quae relicto saeculo, Dei obsequio sese dedicant, quieti, felicitique statui, ac regularis disciplinae conservacioni consulitur, ut regulares ipsae personae juxta regularia suorum Ordinum instituta tranquillis mentibus gratum Altissimo impendere possint famulatum.

Revocatio, de qua in rubrica.

§.1. Cum itaque, sicut accepimus, ex nimia privilegiorum, praerogativarum, atque exemptionum Fratibus Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia, qui in dicto Ordine aliqua munia obierunt, seu aliis, tam a Sede Apostolica, quam ab eisdem Ordinis superioribus concessarum, multitudine, non levia inconvenientia oriantur, in regularis observantiae, & disciplinae detrimentum. Nos inconvenientibus

hujusmodi, quantum cum Domino possumus obviare cupientes, motu proprio, & ex certa scientia nostra, deque apostolice potestatis plenitudine, omnes, & singulas Paternitates, & Praecedentias, quibusvis dicti Ordinis Fratibus ex privilegio, tam per Sedem Apostolicam, quam dicti Ordinis superiores ex quacumque causa, & sub quibuscumque verborum tenore, & formis quomodolibet concessas, salvis tamen, & in suo robore remanentibus iis, quae Fratibus praedictis ex dispositione statutorum dicti Ordinis apostolica auctoritate confirmatorum concessa sunt, tenore presentium revocamus, cassamus, & abrogamus, ac revocatas, cassatas, & abrogatas esse, & fore, nec illas de cetero cuiquam suffragari posse.

Clausula sublata.

§.2. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores ubique judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & declaramus.

Clausula derogatoria.

§.3. Non obstantibus praemissis, ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Fides transumptum.

§.4. Volumus autem, quod presentium transumptis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae ipsis presentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Dat. die 3. Februarii 1623. An. II.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 3. Februarii 1623. Pontificatus Nostri Anno II.

XCVI.

Communicatio, & extensio privilegiorum, immunitatum, & exemptionum, gratiarum, indulgentiarum, tam in spiritualibus, quam in temporalibus quibusvis aliis, tam Mendicantium, quam non Mendicantium Ordinibus, per quoscumque Romanos Pontifices concessorum, & in futurum concedendorum ad Sacrum Ordinem Carthusiensem.

De hoc Ordine, & ejus approbatione vide in Const. LXXXVIII. Alex. III. Cum vos. Tom. II. fol. 446. Et institutionem festivitatis S. Brunonis Confessoris d. Ordinis Institutoris, ac Officii sub ritu semiduplici celebrandi habes hic infra Const. LC. hujus Pontificis.

GREGORIUS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Procedium.

Ad uberes, & suaves fructus, quos dilecti filii Prior generalis, & Monachi Ordinis Carthusiensis in militanti Ecclesia, cujus

1622.

Communicatio de qua in Rubrica.

cujus regimini divina disponente clementia praesidemus, in dies afferunt, mentis nostrae aciem convertentes, ac uberes ex ipso Ordine fructus proventuros esse sperantes, ad ea merito libenter intendimus, per quae Ordo hujusmodi felicioribus in dies proficere valeat incrementis.

§.1. Ut igitur Prior generalis, & Monachi praedicti eo ferventius in suo laudabili instituto perseverent, quo majoribus se viderint favoribus, & gratiis manitos, providere volentes, ac singulares Prioris generalis, & Monachorum praedictorum personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore sententes; Motu proprio, & ex certa scientia nostra, deque apostolice potestatis plenitudine, Ordini praedicto, illiusque Priori generali, & Monachis, aliisque personis, ut omnibus, & singulis privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, gratiis, & indulgentiis, tam spiritualibus, quam temporalibus, quibusvis aliis, tam Mendicantium, quam non Mendicantium Ordinibus, illorumque Superioribus, Abbatibus, Monachis, aliisque Regularibus personis, necnon Ecclesiis, Monasteriis, & regularibus locis, etiam per viam communicationis, vel extensionis, aut aliis quomodolibet per quoscumque Romanos Pontifices Praedecessores nostros, ac etiam Nos quomodolibet concessis, & in futurum concedendis, & quibus ipsi, nec non Ecclesiae, Monasteria, & regularia loca hujusmodi de jure, usu, consuetudine, privilegio, aut concessione apostolica in genere, vel in specie, ac tam conjunctim, quam divisim, seu alias quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, dummodo tamen sint in usu, & non sint revocata, aut sub aliquibus revocationibus comprehensa, factisque Canonibus, & Concilii Tridentini decretis, aut Constitutionibus Apostolicis non repugnent, pari modo, non solum ad eorum instar, sed pariformiter, & aequae principaliter, perinde, ac si illis nominatim, & in specie concessa fuissent, uti, frui, & gaudere libere, & licite valeant, apostolica auctoritate, tenore presentium perpetuo concedimus, & indulgemus, dictaque privilegia, immunitates, exemptiones, gratias, & indulta primodicti Ordini, illiusque Priori generali, & Monachis, aliisque personis, necnon eorum Ecclesiis, Monasteriis, & regularibus locis communicamus, illaque ad eos, & illa extendimus.

§.2. Decernentes, praesentes literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac primodicti Ordini, illiusque Priori generali, & Monachis, ac personis hujusmodi in omnibus, & per omnia plenissime suffragari.

Clausula praeservativa hujus Constit.

§.3. Sicque per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Bull. Rom. Tom. V. Par. II.

1622.

Clausula derogatoria.

§.3. Sicque per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula derogatoria.

§.4. Non obstantibus nostra de gratiis ad instar non concedendis, ac quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, Ordinum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis; quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumptum fides.

§.5. Volumus autem, ut presentium transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus fides, ubique adhibeatur, quae eisdem presentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Dat. die 3. Februarii 1623. An. II.

Datum Romae apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris die 3. Febr. 1623. Pontificatus Nostri Anno II.

XCVII.

Jubilaei Concessio Christianis Armeniae, ad quos mittuntur Missionarii Ordinis Praedicatorum.

Ex Regest. in Secret. Brevis.

GREGORIUS PAPA XV.

Universis, & singulis praesentes literas inspecturis salutem, & apostolicam benedictionem.

Pastoris aeterni, qui pro gregis salute in Ara Crucis immolari voluit, vices quamquam immeriti gerentes in Terris, ac inter ceteras gravissimas curas de commissarum Nobis ovium salute assidue cogitantes, ad ea libenter intendimus, per quae eorum pietas, & devotio, animarumque salus majora suscipere valeant incrementa.

Procedium.

§.1. Cum itaque dilecti filii nonnulli Ordinis fratrum Praedicatorum professores in Armeniam, ad fidem Catholicam propagandam, animarumque Christianissimum illarum partium salutem procurandam jussu nostro propediem, benedicente Domino professuri sint. Nos eorumdem Christianissimum animarum saluti, paterna charitate prospicere cupientes, necnon, ut hac Apostolicae Sedis gratia invitati, Orationibus, Jeuniis, & aliis piis operibus ferventius intenti existant, Caestres Ecclesiae Thesauros, quorum dispensatores a Domino constituti sumus ibi erogandos duximus.

Causae hujusmodi Jubilaei indiciendi.

M 2

Ita